



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Bavaria Sancta Maximiliani Sereniss. Principis Imperii,
Comitis Palatini Rheni, Vtrivsq. Bav. Dvcis Avspiciis**

Rader, Matthäus

Monachii, 1615

S. Petrvs Ticinensis Pontifex Somo Boivs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79686)

S. PETRVS EPISCOPVS TICINENSIS BOIVS.



Boica non genuit tellus me, sanguine Boiū,
Fausta sinum nato ROMA SECVNDa dedit.
Exul ad illustris palmā sacra tecta SABINI
Dum propero, recipit vox mihi dāa mitram.

Ticinum repeto, sequiturq; oracula factum,
Ornat et indignum vitta sacrata caput:
Vt dignum fieret, sudavi fessus et alsi:
Præsulis est grauius quam vel Atlantis onus.

L

S. PETRVS

2 PETRVS EPISCOPVS



...et ...
...et ...
...et ...
...et ...

2 PETRVS

I

...

S. PETRVS
TICINENSIS PONTIFEX

DOMO BOIVS.



Ompendio M. Velferus S. Petri acta complexus, tibi ex historiâ legenda offert. Ex Luitberti propinquitate Petrus superat, quem priusquam sacris initiaretur, gentile aliud nomen habuisse, sit verisimile: huic spoletum relegato, & eadem Sabini Martyris religiose frequentanti, responsum aliquando redditum: confideret, futurum ut rediret in patriam, & Ticinensem Ecclesiam regeret.

Anno Chr.
obijt 1000
xxx.
Paulus Dia-
conus l. 6.
c. 96. M. ara
Velferus
verum Boia.

Oraculi fidem cum res longo post tempore comprobasset, Sabino posito templo honorem habuit, & Episcopi munere, sanctissime functus est, insigni animi corporisque castimonia & integritate, tum nullo non virtutis genere, atque miraculis diuinitus editis inclytus. Nec praterendum erat hoc Boicae originis calo receptum sidus, peregre splendens, domi adhuc opinor ignotum. Iuuat hic Velferi verbis etiam Pauli Diaconi testimonium aduocare, cuius fides & antiqua & magne semper apud omnem posteritatem auctoritatis fuit: Is ergo libro VI. C. LVI. Rerum Longobardicarum: Eo, inquit, tempore floruit vita vel actibus Ticinensis Ecclesiae Episcopus Petrus: qui quia Regis erat consanguineus, ab Ariperto, quondam Rege apud Spoletium exilio fuerat retrusus. Hinc beati Martyris Savini Ecclesiam frequentanti, isdem venerabilis Martyr prænunciauit, quod Episcopus apud Ticinum futurus esset, qui postea, cum factum fuisset, Basilicam eidem B. Martyri Savino in solo proprio apud eandem ciuitatem construxit. Hic inter reliquas optimae vitae quas habuit virtutes, etiam Virginitatis flore decoratus emicuit: cuius nos aliquod miraculum, quod posteriori tempore gestum est, in loco proprio ponemus.

